UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

13 De Ecclesia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72780

Visual Library

## QVAESTIO XIIII.

*Vtrum aqua habeat uirtutem ad emundationem.*

Vide 3.p.q. 66.ar.2.& 3 & 4.di.3.ar. 3.q.1.

AD PRIMVM quæritur, vtrum aqua habeat virtutem ad emundationem, i. vtrum propria virtute mundet, vel virtute concomitante.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ duplex eſt opinio in huiuſmodi non ſolum de aqua, ſed de omnibus eccleſiæ ſacramentis. Quidam.n.dicunt, ꝙ ſacramenta non habent virtutem, vel vim operandi in anima, ſed tantum extra, & diuina virtus concomitans facit illum effectum, & inducunt exemplum Ber. Sit aliquis epiſcopus, qui inueſtiat aliquem de præbenda per annulum, annulus non eſt cã præbendæ, ſed ſignum. Sed hoc non eſt ſane dictum, qa ſic non eſſet aliqua prærogatiua ſacramentorũ nouę legis ad uetera, quia etiam in illis virtus coaſſiſtens fidei credẽtiũ in Chr̃m vẽturũ iuſtificabat.

Et ideo dicendũ, ꝙ ſacramenta habent in ſe virtutem iuſtificandi, & ad alios effectus ad quos ordinantur, & non ſolum ꝙ ſint ſignum. vnde Aug. Quæ eſt tanta vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? Sciendum tamen, quòd duplex eſt uirtus. ſ. & propria, & inſtrumentalis, ſicut patet in ſerra, ſic ſacramenta habent uirtutem inſtrumẽtalem ad ſpiritualem effectum: quia cum ſacramentum adhibetur cum inuocatione diuina, efficit hũc effectũ: Et hoc eſt inconueniens, quia uerbum, per quod omnia ſacramenta uirtutem habent, habuit carnẽ & fuit verbum Dei, & ſicut caro Chr̃i habuit virtutem inſtrumentalem ad faciẽdum miracula pp cõiunctionem ad verbum, ita ſacramenta per coniũctionem ad Chriſtum crucifixum & paſſum.

## QVAESTIO XV.

### ARTICVLVS XV.

*Vtrum non habens curam animarum poſſit abſoluere in foro confeſſionis.*

4.di.13.q.1. 4.ar.q.3.& 3.o.

DEINDE quæſitum eſt de pænitentia. Et primo, utrum non habens curam animarum poſſit abſoluere in foro confeſſionis.

RESPON. Dicendum, quòd aliter eſt ei ſacramẽtum pænitentiæ, & aliter in quibuſdam aliis ſacramentis. Nam in quibuſdam qui habet ordinẽ, põt ex hoc ipſo inducere effectum ſacramenti in omni caſu. ſ. in illis in quibus quod eſt effectus ſacramentorum, eſt res exiſtens extra ſacramentum. Vñ ſacerdos degradatus & excommunicatus licet peccet, tamen coſecrat, & baptizat, & ſimiliter epiſcopus conſecratus, quia confert caracterem. In pænitentia autẽ non imprimitur caracter, nec effectus, niſi iuſtificatio pænitentis, quod non poteſt fieri niſi per poteſtatem iudicatiuam. Non habens aũt curam animarum, non habet hanc poteſtatem.

### ARTICVLVS XVI.

*Vtrum liceat in aliquo caſu reuelare confeſſionem.*

SECVNDO, vtrum liceat in aliquo caſu reuelare confeſſionem.

RESPON. Dicendum quòd non, nec verbo, nec facto, nec nutu, nec aliquo ſigno licet facere, quia eſt ſacrilegium. Nam ita eſt in ſacramentis nouæ legis, quod efficiũt quod figurant: effectus aũt pœnitentiæ eſt occultatio peccatorũ ab oculis Dei uiuẽtis, & hæc occultatio ſignificatur per ſecretum cõfeſſionis. Et ideo ſicut prophanaret ſacramentum,

F qui cõficeret corpus & ſanguinem Chriſti de alio quã de pane & uino: ita eſſet reuelans ſacrilegus.

### ARTICVLVS XVII.

*Vtrum liceat appetere epiſcopatum.*

TERTIO, utrum liceat appetere epiſcopatum.

RESPON. Dicendum, quod contingit appetere prælationem dupliciter, aut propter neceſſitatem urgentem, aut non urgentem. Primo mõ dupliciter, uel quando imponitur a ſuperiori, uel qñ non inuenitur aliquis, qui velit onus prelationis ſubire, tali neceſſitate exiſtente meritorium eſt appetere. Vnde Iſa. ſexto. Quem mittam, & quis ibit nobis? reſpondit. Ecce ego, mitte me, tamen ante dixit ſe indignum. Secundo modo. ſ. quando non urget neceſſitas, ſic non licet: quia non poteſt carere

G aut uitio iniuſtitiæ, ſi velit ſe minorem præferri maioribus: aut uitio præſumptionis, ſi reputet ſe ſufficiẽtem præferri aliis. Vnde Cryſ. ſuper illud Reges gentium &c. Primatus eccleſiaſticos concupiſcere nec iuſtum, nec utile.

## QVAESTIO II.

### ARTICVLVS XVIII.

*Vtrum compaternitas cauſetur ex præambulis ad ſacramenta.*

DEINDE queſitum de effectu ſacramentorum, [illegible] utrum compaternitas cauſatur ex præambulis ad ſacramenta, puta, ex catechiſmo, & huiuſmodi. & uidetur quod ſic. Dicit.n. quædam Decre. ꝙ a

H primo pabulo ſalis non poteſt fieri uxor. ergo contrahitur ibi compaternitas.

¶ 2 Præt. Catechumenus cenſetur chriſtianus: ſed qui dat chriſtianiſmum efficitur cõpater. ergo &c.

RESPON. Quidam dicunt, quòd omnia illa ſacramentalia ſufficiunt ad cauſandum compaternitatem. Quidam dñt, quod ſolum contrahitur quantũ ad tria. ſ. in catechiſmo, baptiſmo, & confirmatione. Sed mihi vr̃ quod ſolum contrahitur in duobus. ſ. in baptiſmo, & confirmatione, quia cõpaternitas ſimilitudo quædam eſt paternitatis: paternitas autem non fit niſi in generatione, & ideo ſolum in illis ſacramentis, in quibus eſt quædã ge-

I neratio ſpiritualis, contrahitur compaternitas quæ matrimonium impedit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illa non ſunt intelligenda ſingillatim, ſed ſunt accipienda collectiue & ſimul, quia in omnibus illis aliquibus efficitur compater.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd cathecumenus dicitur chriſtianus per fidem, non per baptiſmum quem nondum ſuſcepit, & ille qui dat chriſtianiſmum, dat ſacramentum baptiſmi.

## QVAESTIO XIII.

### ARTICVLVS XIX.

*Vtrum una ſit eccleſia quæ fuit in principio apoſtolorum, & quæ modo eſt.*

K DEINDE quæſitum fuit, utrum ſit una eccleſia, quæ fuit in principio tẽpore apoſtolorũ, & quæ eſt modo, & uidetur quòd non, quia nunc non utitur eiſdem regulis. Tunc.n. prælati erant ſine auro & argento in zonis ſuis. ergo &c.

¶ 2 Præt. Non legitur quod Chriſtus, & Apoſtoli habuerint caſtra: mõ aũt eccleſia habet. ergo &c.

CONTRA. Mat. ult. Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi: hoc autem non intelligitur tm̃ de Apoſtolis, quia omnes mortui ſunt, & adhuc ſæculum non eſt conſummatum. ergo &c.

RESPON. Dicendum, ꝙ eadẽ eſt numero eccleſia q̃ tunc erat, & q̃ nunc eſt, quia eadem fides, &

eadem

eadem fidei ſacramenta,eadē authoritas,& eadem profeſſio.vñ dicit Apoſ.Diuiſus eſt Chriſtus?abſit.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ uerba Matth. tripliciter exponuntur.Hilar. & Ambr. exponunt ſcd̄m ſenſum myſticum dicentes, Nolite portare aurum &c.i. nihil in ſpiritualibus miniſteriis auro uendatis:non duas tunicas.i.non duplicem animā habeatis.Alii exponunt ad literam,& una expoſitio eſt Aug.qui dicit ꝙ illa uerba non dicuntur ꝑ modum præcepti,ſed permiſſionis, ita ꝙ qui non ſeruat non peccat,& qui ſeruat melius facit, ut ſit ſenſus.Nolite portare.i. quādo itis ad prędicandū, nolite ſoliciti eſſe de expenſis, quia debentur uo- B bis a populo.Dignus eſt.n.operarius &c.quaſi diceret. Ideo permitto ꝙ non portetis, quia digni eſtis accipere ab aliis,quibus prædicatis. Paulus hoc nō ſeruauit,& tamen contra regulam hanc non fecit, ſed ſupererogauit. Alia expoſitio eſt aliorum ſanctorum,qui dicunt quod hæc dicta ſunt præceptiue,ſed hoc præceptum datum eſt non ad ſp ſeruandum,ſed ad primam promiſſionem:bis.n.eos miſit.ſ.ante paſſionem Iudęis,& poſt reſurrectionem Gentibus.In prima dixit eis. In uiam gentium ne abieritis;in ſecunda dixit.Docete oēs gentes.In prima mandauit ꝙ prædicta ſeruarent, non autem in ſecunda.& rō huius eſt: quia in prima ſolum mittebantur ad Iudęos,apud quos conſuetum erat,ꝙ magiſtri eorum ab eis ſuſtentarentur, & ideo ſine C ſcandalo poterant accipere,& uti poteſtate ſibi cōceſſa:apud uero Gentiles non erat huiuſmodi conſuetudo, quia apud eos non erant huiuſmodi prædicatores,& ideo fuiſſet eis ſcandalum, & uiſum fuiſſet eis ꝙ pro quæſtu Apoſtoli prædicarent, & ideo Paulus hoc præceptum non ſeruauit in Gētibus,& iō Dominus in ſecūda miſſione dixit. Nūc qui habet ſaccullum tollat ſimiliter & peram.

Ad secvndvm dicendum,quòd Aug.reſpondet in epiſtola contra Donatiſtas,& habetur ſuper illud Pſal.2. Quare fremuerunt gentes. Diſtinguit enim diuerſa tempora eccleſiæ. Fuit.n.tempus qñ aſtiterunt reges aduerſus Chriſtum,& in illo tempore non ſolum non dabant fidelibus, ſed & eos occidebant. Aliud uero tempus eſt nunc, quo re- D ges intelligunt, & eruditi ſeruiunt Domino Ieſu Chriſto in timore,&c. & ideo in iſto tēpore reges ſunt uaſalli eccleſiæ, & ideo eſt alius ſtatus eccleſiæ nunc,& tunc,non tamen eſt alia eccleſia.

## QVAESTIO XIIII.

Deinde quęſitum eſt de uirtutibus.

¶Primo, De quadam virtute intellectuali,ſcilicet, de veritate.

¶ Secundo,de uirtutibus moralibus.

¶De ueritate quæſita ſunt duo.

¶Primo,De fortitudine veritatis.

¶Secundo, De cōfirmatione veritatis, quę eſt per iuramentum.

## Articvlvs xx.

*Vtrum ueritas ſit fortior inter uinum, & regem, & mulierem.*

Art. ſpecialis i. po q. 16.22.q.109. de ue.

Ad primvm quæſitum eſt, vtrū veritas ſit fortior inter uinum, regem, & mulierem. Et vr̄ quod uinum,quia immutat maxime hominē. Itē ꝙ rex, quia pellit hominem ad id qđ eſt difficillimum.ſ.ad hoc qđ ſe exponat periculo mortis. Itē, A quod mulier, quia dominatur etiam regibus.

Contra, Eſdrę.3.Fortior eſt veritas.

Respon. Dicendum,ꝙ hæc eſt quæſtio propoſita iuuenibus diſſoluenda in Eſdra. Sciendum ergo ꝙ ſi conſideremus iſta quatuor ſ̄m ſe.ſ.vinum, regem,& mulierem,& veritatem,non ſunt comparabilia,quia non ſunt unius generis,tamen ſi conſiderentur per comparationem ad aliquem effectū, concurrunt in unum,& ſic poſſūnt comparari.Hic autem effectus,in quem cōueniunt & poſſunt, eſt immutatio cordis humani. Quod ergo inter iſta magis immutet cor hominis,uidendum eſt.

B Sciendum eſt ergo, ꝙ immutatiuum hominis quoddam eſt corporale,& aliud eſt animale,& hoc eſt duplex,ſenſibile & intelligibile. Intelligibile ēt eſt duplex.ſ.practicum & ſpeculatiuū. Inter ea aūt quæ pertinent ad immutātia naturaliter ſ̄m diſpoſitionem corporis,hēt excellentiam vinum, quod facit per temulentiam loqui. Inter ea quę pertinēt ad immutandum appetitum ſenſitiuum, excellentior eſt delectatio,& præcipue circa venerea, & ſic mulier eſt fortior.Item in practicis & in rebus humanis,quæ poſſunt hoc facere, maximam poteſtatem habet rex. In ſpeculatiuis ſummum & potentiſſimum eſt veritas:nūc aūt vires corporales ſubijciuntur uiribus animalibus,vires animales intellectualib.& intellectuales practicę ſpeculatiuis. & iō C ſimpl'r veritas dignior eſt,& excellentior,& fortior.

## Articvlvs xxi.

*Vtrum accipiens doctrinam alicuius experimenti ſub iuramento non communicandi teneatur ſeruare iuramentum.*

Secvndo quęritur,utrum accipiens doctrinā alicuius experimenti ſub iuramento non communicandi,teneatur ſeruare iuramentum.& uidetur ꝙ ſic,quia ſic obligatus non debet facere aliqd quod uergat in detrimentum illius qui dedit, uel qui docuit:hoc autem eſſet ſi aliis communicaret. ergo &c.

ar.25.120.22. q.89. de iuramēto præcipue uide ar.7. c.ad 2. ar.9.ad 3. q. 98.ar.1.ad 1. 2.& a.2.ad 1. & 3.di.39.a. 3. q.1.0.q. 4.ad 4.

¶ 2 Præt.Communicare tale experimentum,non tenetur ex parte ſalutis æternæ alicui.Cum ergo nō teneatur alteri communicare, non debet ſic obligatus communicare.

D Contra. Non communicare ſalubre remedium,ſiue quodcumque bonum, eſt contra charitatem. ergo &c.

Respon. Aliter dicendum eſt hic ſimpliciter, & aliter in caſu. Simpliciter loquendo non tenetur, ſed male fecit iurando. Iuramentum.n.nō ſolum amittit vim qñ iuramentum eſt illicitum,ſed ēt qñ iurando peiorat:quia iuramentum obligans debet habere iudicium,iuſtitiam,& veritatem: ſed & ſi iuro quandoq; aliquid quod licet mihi non facere, puta,non ire ad eccleſiam,non licet tamen iurare, quia licet ſit mihi licitum pro aliquo tempore facere,vel dimittere huiuſmodi bonum quod eſt ad ec- E cleſiam ire,non tamen licet mihi iurum interponere, & aīum obfirmare ad aliquod bonum non faciēdum,qa hoc eſt facere cōtra Spiritū ſanctum. & ideo iurum contra oē id quod eſt de genere bonorū eſt illicitum,& non ſeruandum:tamē in caſu ſeruare tenetur,puta,ſi ille,vel alius ſufficiens medicus præſens eſſet,& paratus eſſet curare, & uti illo experimento in ſalutem corporalem aliorum.

Et ſic patet ſolutio ad obiecta.

## QVAESTIO XV.

Deinde q̄ſitum eſt de uirtutibus moralibus.

¶ Et primo, De uirtutibus ſecundum ſe.

¶ Secundo, Specialiter de quodam actu iuſtitiæ,ſ. de reſtitutione.

Arti-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN